dictisque praefatibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus realiter et in effectum re-
ponere, repositamque et relictam inde ab eodem Officio non effodien-
re, nec arrestare, aut modo quovis alio impugnare. Sub sub vadio
similis summae sorcentorum pecuniae Polonicae florenorum per eundem recognoscentem
Nobilem Joannem Slopecki, eiusque successores, praedicto Nobili Alber-
to Morawski eiusque posteris, ob non solutionem summae praefatae praefixis
tempore et loco perpessum, ad solvendum succumbendo. Pro quo vadio,
simul ac re ipsa principali summa VIIID praedicta non soluta solvenda,
Citatus coram praenominatus Joannes Slopecki sive eius successores ad
instantiam eiusdem eius Creditoris Nobilis Alberti Morawski, eiusque suc-
cessorum ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense extra
recessum simplicem, quoad respondendum spectat mediante, semper in primo
Citationis termino tanquam peremptorio stare, iuri parere, respon-
dere, vadium praefatum luere, praescripto huic satisfacere, ac adiu-
dicatum pati debebit ac teneditur sese ac suos successores ad eadem
omnia obligat; eundem terminum primum peremptorium, et alios conse-
sequentes, causae eiusdem terminos semper peremptorios, vera infirmitate,
per manus, minorennitate successorum, legatione intra vel extra Re-
gnum servitio militari, ad munimenta ad Quictorem, vel aliis
quibusvis iuris remediis et legalibus impedimentis non differendo,
ad quietationem tabellaque primos praefati Castrensis Capitanealis Premi-
sliensis Officii terminos dilatores sibi non recipiendo, nullasque
Novationes, appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa
omnia poenis simplicitatis vel triplicitatis, exceptionibus, suspensioni-
bus fatalibus Iuris, praesertim Terrae, bello, Convocationeque, ac aliis
quibusvis iuris remediis et defensis non subterfugiendo.
Quae ipsa partis personali recognitione ad praemissa omnia
mediante.

Borkow

Borkowski statuet Buchow:skiego Pl. Carmelitis Praemysliens.

Comparens personaliter coram Officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus
Premisliensibus Generosus Nicolaus Borkowski in Nordynia et Siekierczyce Di-
strictus Premisliensis ... suarum haeres, sanus mente et corpore existens,
a Terris, districtibus, iuribus, iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et
competentibus recedendo; huius autem Castrensis Capitanealis Premi-
sliensis Officii iurisdictioni se cum successoribus ac bonis suis quoad haec
omnia, quoad acti praesentis, totaliter et plenarie incorporando
atque subiciendo, palam, libere, publice ac per expressum recognovit.
Quia ipse Reverendis Patribus Carmelitis Discalceatis Ordinis
Beatae Mariae Virginis de Monte Carmelo Conventus Premisliensis,
Ecclesiae Sanctae Theresiae Virginis, hic ibidem Premisliae sitae, totique
eiusdem Conventui, se ac suos successores in et super bonis suis ...
omnibus summisque pecuniariis quibuscunque habitis et habendis insolidum et
praesentibus obligat, Nobilem Michaelem Buchowski olim Nobilis Pau-
li Buchowski cum Nobili Barbara Borkowska sorore sua
respective germana, susceptum filium, Servitorem vero suum, ad applacandum
per eum, vel similiter quovis eius interesse faciendum, praeservandum, Ge-
nerosam Zophiam de Plisowice (?), primum olim Generosi Pauli Ostr-
owski, secundarum vero Generosi Sebastiani Buchowski, aviam vero
eiusdem Michaelis Buchowski, suos et praefati Michaelis Buchowski
nepotis sui, recognoscendi autem Servitori ..., super areas duas
sitas in Civitate Premisliensi, in platea qua itur ex circulo
eiusdem Civitatis, ad praefatam Ecclesiam Sanctae Theresiae Conventus eorum
... incipiendo ab eadem platea, et ad aream Dominorum
... seu Zborowska tendentem, inter duas Nobilium Ra-
... , ad praesens vero Koptowskich et Rogozinskie: alteram

autem itidem a dicta area, seu incipiendo, ad plateam penes Conventum
eorundem Patrum Carmelitarum tendentem, inter Curias eorundem Do:
minorum Radiłowskich, tum Generosam Maximiliani Succamerarii,
et Joannis Judicis Terrae Premisliensis Fredrow ab una, atque
hypothecam aliorum Dominorum Fredrow et Zborowska partibus ex altera
sitas et iacentes, in eandem Vero servitutem recognoscentis post
praefatos olim Generosos Sebastianum Fratrem et Paulum Patrem Buchow:
skie iure naturalis successionis ad interesse illius devolutus et concernens,
... eorum bonorum et arearum proprietas se in Ipsis aedibus et limitibus ...
tinetur, coram actis Civilibus Premisliensibus, eidem Reverendis Patribus
Carmelitis Discalceatis, totique eidem Conventui, eidem facti et reco:
gnitam, latius de praemissis in se obloquentem, dum ad annos debitos dela:
ti pervenerint, intra decursum medii anni vel in eventu mortis ipsius suc:
cessores ipsius, ad acta Civilia Premisliensia deducere et perso:
naliter statuere, ac ipsosque ut praemissa exequantur efficere. Ac tamen
Vero statutionis, ab omnibusque generaliter ac singillatim impedimentis et reformationibus,
et actione ipsius propriorum successorumque eius, tum eorundem Conventus in iudiciis huius
Regni, in eisdem bonis, tueri, defendere, evincere et eliberare, indem:
nemque eundem praefatum Conventum reddere idem recognoscens Generosus
Nicolaus Borkowski debebit et tenebitur, seque ac suos successores
ad eadem omnia obligat per praesentes. Idque sub Vadio Centum florenorum
poenae Polonicorum florenorum, per eundem Generosum Borkowski reco:
gnoscentem, eiusque successores, praefato Reverendorum Patrum Carmeli:
tarum Conventui, in defectu praemissorum eorum et singulorum non adim:
pletionis toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Post:
quae quidem Vadio, nondum praemisso succumbito, perinde et vel aliqua

ex praemissi

ex praemissis non completa, complenda, complendaque praemissis Citatus eidem
memoratus recognoscens Generosus Nicolaus Borkowski seu eius succes:
sores, ad instantiam Reverendorum Patrum Carmelitarum Discalcea:
torum, Conventus praefati Premisliensis nunc et pro tempore exi:
stentium, ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense, ex tunc
in primo Citationis termino tanquam peremptorio, stare, iuri pare:
re, respondere, Vadium praedictum luere, praemissis huic satisfacere,
ac omni iudicato parere, debebit ac tenebitur, seque ac suos successores
ad eadem omnia obligat: eundem terminum pro tunc peremptorium
et alios consequentes, causae eidem terminos semper perempto:
rios, sterna infirmitate, per maiori, minorennitate successorum,
legatione intra vel extra Regnum, servitio militari, ad mu:
nimenta, ad Exercitum, vel aliis quibuscunque dilationibus et le:
galibus impedimentis non differendo, ad quietandam vel ad pri:
mas Officii praefati Castrensis Premisliensis dilationes sibi non re
capiendo: nullasque Mediciones, appellationes, ac causae praesentationes fa:
ciendo, ac praemissa omnia poenis simpliciter vel triplicatis, Exa:
minibus, suspensionibus, fatalibus Juris, Constitutione Regni bello
contrahendo, tum aliis quibusvis iuris remediis et defensis
non subterfugiendo. Hic sua praesenti praefati recognitione ad pre:
missa omnia mediante. 1634

Actum in Castro Præmysliensi
Feria Tertia ante Festum Na:
tiuitatis Beatissimæ Virginis Ma:
riæ proxima Anno Domini Millesimo
Sexcentesimo Trigesimo Quarto.